

visceribus filius maiestatis. Nec aequ(al)itatem suam movit, quia homo fieri voluit, sed voluntatem patris implevit. Nascitur pulchra origine Deus, et natus assignat virginem matrem, et te, castitas, tui nominis perpetuitate gaudentem. *Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum.*<sup>1</sup> O oboedientia(m) sacrificio meliorem! O fides, imple promissas fidei. Subito Spiritus sanctus insedit, et per aurem immaculatum corpus intravit: sedit in tribunali cordis eius, sanctificavit interiora eius, novumque in visceribus plasmabat Adam, et per quem factus est primum captivus, per ipsum redemptus est mundus. Statuto die Deum hominemque sacer virginis uterus fudit, et ad nativitatem pueri stella processit.

S. NILUS Abbas († ca 430)

EPISTOLAE

- 1040 Lib. I, Ep. CLXXI. Ἄνθρωπος μὲν κατὰ τὸ φαινόμενον ὁ Σωτὴρ Χριστός, Θεὸς δὲ ὁ αὐτὸς κατὰ τὸ νοούμενον, Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὸν Ἀδάμ, καὶ διὰ τὴν Παρθένον, ἐξ ὧν ἐγένετο, τοῦ μὲν ὡς προπάτορος, τῆς δὲ ὡς μητρὸς νόμῳ, καὶ οὐ νόμῳ γεννήσεως. PG  
79, 149
- 1041 Ep. CXCI. Πῶς ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἀμήτωρ, καὶ ἀπάτωρ, καὶ ἀγενεαλόγητος, μαθεῖν βούλει. Ἀμήτωρ μὲν τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἀπάτωρ δὲ τὸ καθ' ἡμᾶς, ἀγενεαλόγητος δὲ τὸ ἄνω· φησὶ γὰρ ὁ προφήτης: « Τὴν δὲ γενεάν αὐ- PG  
79, 156
- 
- 1040 Lib. I, Ep. CLXXI. Homo quidem oculis obiectus Servator Christus, Deus idem intellectu deprehensus, at Filius hominis propter Adam et Virginem, ex quibus ortum duxit, ab eo tanquam progenitore, ab hac more matris, sed non partus. PG  
79, 150
- 1041 Ep. CXCI. Quomodo Christus Dominus *sine matre, et sine patre, et sine genealogia*<sup>2</sup> sit, perdiscere cupis. Secundum quod est supra nos, dicitur sine matre; sed ut est secundum nos, sine patre; secundum quod autem ad superna pertinet, sine genealogia. Ait etenim propheta: *Generationem eius quis enarrabit?*<sup>3</sup> Verumtamen genera- PG  
79, 155

<sup>1</sup> Lc. I, 38.

<sup>2</sup> Hebr. VII, 3.

<sup>3</sup> Isa. LIII, 8.

● PL 39, 1995, 1996, 1997, 1998, 2011, 2012, 2013, 2031, 2063, 2104, 2105, 2106, 2107, 2189, 2190, 2192, 2193, 2195, 2197.

● PLS II, 966, 967, 968, 991, 996, 1007, 1008, 1021, 1027, 1029, 1034, 1035, 1037, 1038, 1040, 1045, 1047, 1050, 1051, 1099, 1104, 1109, 1114, 1115, 1116, 1135, 1180, 1181, 1184, 1186, 1187, 1188, 1189, 1192, 1229, 1232, 1237, 1258, 1275, 1276, 1277, 1283, 1285, 1286, 1289, 1327, 1328, 1362, 1376, 1436, 1463, 1481, 1586.

τοῦ τίς διηγήσεται; » Τὴν μὲν γὰρ κατὰ σάρκα γένεσιν αὐτοῦ ὁ Ματθαῖος ἐγενεαλόγησε· πῶς δὲ πρὸ τῶν αἰώνων ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἐγέννησεν, οὐδεὶς παντελῶς οὔτε ἀνθρώπων, οὔτε ἀγγέλων ἐξείπεῖν, ἢ γινῶναι δεδύνηται.

PG  
79, 180

Ep. CCLXIII. Πυνθάνη μου, τί ἐστὶ τὸ γεγραμμένον, ὅτι « Οὐκ ἐγίνωσκεν Ἰωσήφ τὴν Μαρίαν, ἕως οὗ ἔτεκεν ». Τουτέστιν, οὐκ ᾔδει, οὐδὲ ἠπίστατο, ὅτι Θεοτόκος ἡ Μαρία δειχθήσεται. Μετὰ δὲ τὸν παράδοξον τόκον, ἀπήγγειλαν οἱ ποιμένες τοὺς λόγους τῶν ἀγγέλων, ὅτι « Ἐτέχθη παρὰ τῶ κόσμῳ Χριστὸς Κύριος ἐν πόλει Δαυὶδ »· καί· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῶ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη » καὶ τὰ ἐξῆς.

1042

PG  
79, 180

Ep. CCLXVI. Τυπικῶς ἡ πρώτη Εὔα ζωὴ ἐκλήθη, ἵνα σημάνη τὴν δευτέραν, τουτέστι, τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν γεννήσασαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων Χριστὸν τὸν Κύριον τῆς δόξης. Αὕτη γὰρ ἀληθῶς μήτηρ δεικνύται πάντων τῶν εὐαγγελικῶς ζώντων, καὶ μὴ ἀποθησκόντων τὰς ψυχὰς διὰ τῆς ἀπιστίας.

1043

PG  
79, 180

Ep. CCLXVII. Τίς ἔδωκε γυναιξὶ σοφίαν ὑφαντικῆν; ὁ Δεσπότης τῶ Ἰῶβ διελέγετο. Ἡ μὲν γὰρ πρώτη γυνὴ σοφίας τετύχηκεν ἐξυφαίνειν ἱμάτια βλεπόμενα, ἵνα τὴν φαινομένην τῶν σωμάτων γύμνωσιν τούτοις περισκέ-

1044

tionis illius secundum carnem altius ducta origine Matthaeus narravit.<sup>1</sup> At quomodo ante saecula Pater Filium generaverit, nemo penitus, neque ex hominibus neque ex angelis exprimere potuit.

PG  
79, 179

Ep. CCLXIII. Poscis a me, quid illud notet, quod scribitur: *Non cognoscebat Ioseph Mariam, donec peperit?*<sup>2</sup> id est, non callebat, neque sciebat, quod Deipara Maria ostenderetur. Sed post partum admirabilem annuntiaverunt pastores angelorum sermones: *Natus est in mundo Christus Dominus in civitate David.*<sup>3</sup> Et: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax,*<sup>4</sup> etc.

1042

PG  
79, 179

Ep. CCLXVI. Figurata principio condita Eva vita vocata est,<sup>5</sup> ut illi secundam adnotaret, sanctam nempe Mariam, quae vitam hominum Christum Dominum gloriae peperit. Ipsa siquidem vera mater omnium, qui evangelicis praeceptis consentanee vivunt, neque per incredulitatem animis emoriuntur, ostenditur.

1043

PG  
79, 179

Ep. CCLXVII. Quis artem textoriam mulieribus tradidit, a Iobo Dominus percontatur. Prima siquidem mulier texendorum vestimentorum, quae oculis obiiciuntur, sapientiam habuit, ut patentem

1044

<sup>1</sup> Matth. I, 1.

<sup>2</sup> Matth. I, 25.

<sup>3</sup> Le. II, 11.

<sup>4</sup> Le. II, 14.

<sup>5</sup> Gen. II, 19.

πωμεν. Ἡ δὲ δευτέρα, τουτέστιν ἡ Θεοτόκος, τηλικαύτην σοφίαν ἐπεδείξατο, καὶ ποικιλικὴν ἐπιστήμην, ὥστε ἐκ τῶν ἐρίων τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντος ἀρνίου ἐνδύσαι τοὺς πιστοὺς ἅπαντας, τὰ ἐνδύματα τῆς ἀφθαρσίας, καὶ τὸ ἀοράτον ἐλευθερῶσαι γυμνώσεως. Πᾶν γὰρ τὸ σύστημα Χριστιανῶν ἀληθινὸν πάρεστι ἐκ δεξιῶν τοῦ ἄνω Βασιλέως, ἐν ἱματισμῷ διαχρῶσθαι περιβεβλημένον, πεποικιλμένον τοῖς μυρίοις τῶν ἀρετῶν εἶδεσιν.

- 1045 Ep. CCLXVIII. Ὁ μὲν Ἀδὰμ πέπλασται, ἡ δὲ Εὐὰ ἀκοδομήθη, ἵνα δειχθῇ Θεὸς Λόγος, ἐκ Μαρίας μὲν τὸ σῶμα τὸ ἄσπιλον ἀναπλάσας ἑαυτῷ, ἐκ δὲ τῆς νυγείσης ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πλευρᾶς τὴν νύμφην ἑαυτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομῶν. PG  
79, 181
- 1046 Ep. CCLXIX. Γέγραφας, ὅτι Εἰ πρῶτον οὐκ ἐγίνωσκε τὴν Παρθένον Ἰωσήφ μέχρι τῆς ἀποτέξεως, πάντως δήπου μετὰ τὸν τόκον ἔγνω. Πῶς οὖν ἔγνω; Πρόδηλον, ὅτι ἔγνω τιμᾶν καὶ καταδεῖσθαι τὴν ἐκ Θεοῦ τετιμημένην παρθένον πρὸ τὸ ἀποτέξεως, καὶ πάλιν παρθένον μετὰ τὸν τόκον φανείσαν. PG  
79, 181
- 1047 Ep. CCLXX. Ὁ ἐν τῷ τίκεσθαι ἀνοίξας τὴν ἀμόλυτον μήτραν Δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς, αὐτὸς καὶ μετὰ τὸ τεχθῆναι τὴν μήτραν ἐσφράγισεν οἰκεία σοφία, καὶ δυνάμει, καὶ θαυματοποιία, μηδὲλως παραλύσας τῆς παρ-

corporum nuditatē illis contegeremus. At secunda, Deipara nempe, talem sapientiam et artem variegandi indicavit, ut ex lana ab ipsa progeniti agni, fideles omnes incorruptibilitatis indumentis circumvestiret, et nuditate non omnibus patente liberaret. Omnis enim verus Christianorum coetus a dextris superni Regis in vestitu deaurato, circumdatus varietate,<sup>1</sup> infinitis virtutum generibus multiformis.

- 1045 Ep. CCLXVIII. Adam creatus, Eva extracta est,<sup>2</sup> ut Deus Verbum commonstraret, sibi quidem intaminatum corpus ex Maria condidisse, ex aperto vero ipsius in cruce latere sponsam sui Ecclesiam exstruxisse. PG  
79, 182
- 1046 Ep. CCLXIX. Scripsisti: Si prius non cognoscebat Virginem Ioseph, donec pareret,<sup>3</sup> omnino post partum cognovit. Quomodo itaque cognovit? Manifestum est cognovisse, illi, quae a Deo ita coonestata fuerat, ut virgo ante partum, et rursus virgo post partum permaneret, honorem ac reverentiam exhibere. PG  
79, 182
- 1047 Ep. CCLXX. Qui, dum pareretur, vulvam immaculatam adaperuit Dominus noster Christus, ipse et post partum, propria sapientia et facultate, non sine miraculo illam obsignavit, nullo modo sigillis PG  
79, 182

<sup>1</sup> Ps. XLIV, 10.

<sup>2</sup> Gen. II, 22.

<sup>3</sup> Matth. I, 25.

θενίας τὰ σήμαντρα. Θεοῦ δὲ ἔργον τοῦτο πᾶς τις εὐφρονῶν συνομολογήσαιεν.

PG  
79, 181

Ep. CCLXXI. Ὅλην τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ σαρκικὸν φρόνημα κατανεύεις, καὶ λέγεις τό· Ἔγνω αὐτήν· εἶ γε καὶ ἔγνω, μίξιν ὑπαινίττεσθαι. Ἀλλὰ γνῶθι, κομψότατε, ὅτι οὐ φιλήδονος, οὐδὲ λάγνος ὑπῆρχεν ὁ Ἰωσήφ, ἀλλὰ καὶ πάνυ θεοσεβής τε καὶ δίκαιος. Ἀκούσας δὲ παρὰ τοῦ ἀγγέλου εἰπόντος περὶ τῆς Παρθένου ἐπιτόκου τυγχανούσης, « ὅτι Τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου, καὶ τεχθήσεται, καὶ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας », προσέθετο εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ προσώπου Κυρίου, φορίζας τοῦτο δὴ τὸ ἐκπληκτον, καὶ παραδοξότατον μυστήριον. Διόπερ οὐκ ἔτι λοιπὸν ὡς μνηστήρ, καὶ ἀνὴρ, ἀλλ' ὡς λατρευτής, καὶ διάκονος Θεοῦ ἐμβριθέστατος, συσφίγγας τῇ σωφροσύνῃ τοὺς οἰκείους λογισμούς, ἐξυπηρετεῖτο σὺν πάσῃ ὁσιότητι, καὶ πολλῇ ἀγνότητι, καὶ φόβῳ θείῳ τῇ λεγομένη, οὐ μὴν καὶ οὔσῃ, γυναικὶ αὐτοῦ Μαρίᾳ.

1048

PG  
79, 181

Ep. CCLXXII. Εἰ κατὰ τὸν Ἀπολινάριον λέγεις καὶ σύ, ὅτιπερ ὁ Θεὸς Λόγος ἐξ οὐρανοῦ λαβὼν τὴν σάρκα εἰς τὴν γῆν κατελήλυθεν, τίς χρεῖα τῆς μακαρίας Παρθένου; Οὐκοῦν, φρονιμώτατε, γίνωσκε ἀκριβέστατα, ὁ ὅτι ἄπλαστος κατὰ τὴν θεότητα Κύριος ἑαυτὸν ἐκ τῆς Παρθένου ἄνευ σπέρματος,

1049

virginitatis solutis. Quod Dei opus esse, quicumque sanae mentis est, fatebitur.

PG  
79, 182

Ep. CCLXXI. Totam mentem tuam ad carneas cogitationes deflectis, dicisque: Cognovit illam; si cognovit, concubitum innuere. Verumtamen scias, mi nasutule, Iosephum neque voluptatibus, neque libidinibus deditum, sed piissimum iustissimumque fuisse. Hic cum audisset ab angelo de Virgine iam parturiente: *Quod ex ea nascetur, de Spiritu sancto est,<sup>1</sup> et generabitur, et salvabit populum suum, et regnabit in aeternum;<sup>2</sup> sibi cavendum esse duxit a facie Domini, stupens ipse propter stupendum atque admirabilissimum arcanum. Quapropter in posterum non ut procus aut maritus, sed ut cultor et minister Dei constantissimus, continentia propriis cogitationibus compressis, cum omni pietate, et summa castimonia, et timore Dei, quae dicebatur, nec tamen erat uxor ipsius, se Mariae mancipaverat.*

1048

PG  
79, 182

Ep. CCLXXII. Si quemadmodum Apollinarius, ita et tu dicis, Deum Verbum, e coelo carne desumpta in terram descendisse; quae porro beatæ Virginis necessitas? Itaque, prudentissime vir, exquisitissime scito eum qui secundum deitatem creatus non erat Dominus, ipse semet a Virgine sine semine et corruptione, et absque omni sorde

1049

<sup>1</sup> Matth. I, 20.

<sup>2</sup> Lc. I, 32.

καὶ φθορᾶς, καὶ δίχα παντὸς ῥύπου ἔπλασε κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὅπου δὲ Πνεύματος ἁγίου παρουσία, ἐκεῖ μηδὲν μολυσμὸς ἐννοεῖσθω.

- 1050 Ep. CCXCIII. Εἰ ἐκ προσώπου τοῦ Δεσπότη τοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φάσκεις τὰ προβληθέντα παρὰ σοῦ ῥήματα εἰρῆσθαι ἐν τῇ Παναρέτῳ ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος, πῶς φησιν ἑαυτὸν ὁ συγγραφεὺς τοῦ λόγου ἐξ ἡδονῆς, καὶ ὕπνου λέγει γεγενῆσθαι; Ὁμολόγησον τοίνυν ἡστοχημέναι. Ἡ γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῇ σαρκὶ τῆς Παρθένου σύλληψις, ἀνήδοντος παντελῶς καὶ ἀρβύπαντος, ἀμίαντός τε καὶ ἄσπιλος καθαρὰ τε καὶ ἄφθαρτος γέγονεν.

- 1051 Lib. II, Ep. CLXXX. Πῶς προφήτις παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ κέκληται Μαρία ἡ Θεοτόκος, ἐπίθου ἡμῶν. Ἀνάγνωθι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι κ' Ἐπέδλεψεν ἐπὶ τὴν ταπεινώσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί ». Καὶ ἐὰν μὴ ἴδῃς μακαριζομένην τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἐν παντὶ ἔθνει, καὶ ἐν πάσῃ γλώσσῃ, διότι Θεὸν σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐξ αὐτῆς, κεκυφόρηκέν τε καὶ ἔτεκε δίχα φθορᾶς καὶ μολυσμοῦ παντοῦ, μὴ πείθου τῷ Ἡσαΐᾳ· εἰ δ' ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ μακαρίζεται καὶ εὐφημεῖται, ἀνυμνεῖται καὶ εὐλογεῖται, αὕτη τε ἡ ἄσπορος καὶ ἀγεώργητος γῆ, καὶ ὁ ταύτης παμμακάριστος καὶ αἰώνιος καρπός, διατὶ ζυγομαχεῖς προφήτην δεδεῖχθαι τὴν Θεοτόκον Μαρίαν;

secundum humanitatem efformasse. Ubi porro Spiritus sanctus adest, ibi nulla omnino pollutio intelligenda est.

- 1050 Ep. CCXCIII. Si ex persona Domini nostri Iesu Christi proposita per te verba asseris dictata esse a Salomone in Panareto: quamobrem sermonis illius scriptor ait sese ex voluptate et somno ortum duxisse? <sup>1</sup> Fateare itaque tuam oscitantiam. Servatoris namque in ventre Virginis conceptio, prorsus sine voluptate, non sordidata, intaminata, immaculata, pura et incorrupta fuit.

- 1051 Lib. II, Ep. CLXXX. Quanam ratione vates apud Isaiam Maria Deipara nuncupatur,<sup>2</sup> a nobis expostulasti. Videsis in Evangelio. *Respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex nunc beatam me dicent omnes generationes.*<sup>3</sup> Et si non compereris Mariam sanctissimam apud omnes nationes, et in omnibus linguis beatam dictam, quod Deum, qui carnem ex Spiritu sancto, et eadem assumpsit, in utero gestavit, et peperit absque corruptione et omni macula, ne fidem adhibeas Isaiae; si vero apud universum mundum beata dicitur, et laudibus extollitur, et praeconiis et benedictionibus honestatur haec sine semine, et sine ulla cultura terra, et beatissimus illius, et sempiternus fructus; quid ultra contendis postulasque, Deiparam Mariam tibi commonstrari vatem fuisse?

<sup>1</sup> Sap. VII, 2.

<sup>2</sup> Isa. VII, 14.

<sup>3</sup> Le. I, 48.

PG  
79, 428 Lib. III, Ep. XCI. Εἷς ὑπάρχει ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ 1052  
τὴν σάρκωσιν τὴν ἐκ τῆς Παρθένου· εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, μία  
ὑπόστασις, ἐν πρόσωπον. «Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι.»

PERISTERIA<sup>2</sup>

PG  
79, 917 Sectio XI, Cap. XI. [...] Τὸ δὴ μεῖζον ἀπάντων, καὶ λόγου παντὸς ἀν- 1053  
ώτερον θαῦμα· πῶς ὁ ἀχώρητος τῷ παντί, καὶ τὰ ὅλα περιγράφων μεγέθει  
δυνάμει Θεὸς Λόγος ὑπὸ μήτρας βουληθεὶς ἐχωρήθη παρθενικῆς; Καὶ πῶς  
ἄπορον ἔμβρυον νηδύς ἐτεκτόνητο γεννηθέν, καὶ τὰ τῆς παρθενίας σῶα φυ-  
λάξαντα τεκμήρια, πύλας γαστρός, κατὰ τὸν Ἰώβ, παρελθόν, καὶ οὐδὲν τῆς  
ἐξόδου σημεῖον ἐπιδειζόμενον; Ὡς γὰρ πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰσῆλθεν ἄλλοτε  
κεκλεισμένων θυρῶν, οὕτως ἐξῆλθε τότε, οἷον εὔρε, τοιοῦτον ἔασαν τὸ τῆς  
φύσεως ἐργαστήριον, καὶ οὐδὲν λυμηνάμενον τοῖς ἀπορρήτοις τῶν κλειθρῶν  
ἐκείνων δεσμοῖς, ἵνα τοῖς συμβόλοις τούτοις δειχθῇ παράδοξος ἀληθῶς, καὶ  
θεῖος ὁ τόκος. Ταῦτα γέγονε μὲν ἅπαντα, καὶ τούτων πλείονα, καὶ πεπί-  
στευται. Ἀπόδειξιν δὲ τὴν τοῦ ἐργασαμένου αὐτὰ ἔχει ἀξιοπιστίαν Θεοῦ, καὶ  
οὐχ ἐρμηνεύεται λόγῳ ἀτονοῦντι πρὸς τὴν τῶν παραδόξων ἔργων ἐξήγησιν,  
καὶ ἰλιγγιῶντι πρὸς τὸ τῶν θαυμάτων δυστέμαρτον.

PG  
79, 427 Lib. III, Ep. XCI. Unus est unigenitus Dei Filius, etiam post 1052  
carnem assumptam a Virgine: unus enim Dominus Iesus Christus,  
una hypostasis, una persona. *Veritatem dico in Christo, non mentior.*<sup>1</sup>

PG  
79, 918 Sectio XI, Cap. XI. [...] Quod maius revera omnibus, et admi- 1053  
randum exsuperat omnem orationem: quo pacto Deus Verbum,  
quem universum hoc non capit, et qui universa circumscibit po-  
tentiae suae magnitudine, virgineo sub utero volens comprehensus  
est? Et qua ratione venter fetum nullo conceptum semine genitum  
fabricatus est, et virginitatis signa salva et illaesa servavit transiens  
ostia ventris, ut Iob eloquitur,<sup>3</sup> et nullum egressus vestigium osten-  
tans? Nam ut alio tempore ianuis clausis ingressus est ad discipulos  
suos, ita tunc est egressus, qualem invenit, talem naturae officinam  
derelinquens, nec ullam arcanis illorum claustrorum vinculis corrup-  
tionem inferens,<sup>4</sup> ut hisce argumentis partus vere ostenderetur ad-  
mirabilis et divinus. Haec quidem omnia, et plura hisce facta sunt,  
et fide recepta. Sed eorumdem demonstratio, Dei auctoris infallibili  
nititur certitudine, nec explicari possunt oratione, quae operum  
stupendorum impar est enarrationi, et caligat ad miraculorum ma-  
gnitudinem inscrutabilem.

<sup>1</sup> Rom. IX, 1.

<sup>2</sup> Opus hoc non est Nili. Forsitan auctor est quidam homonymus saec. V.  
Cf. Qua II, 507.

<sup>3</sup> Iob. III, 10.

<sup>4</sup> Io. XX, 19, 26.

1054

Cap. XIX. Οὕτως ἀντιλέγειν μέλλοντας αὐτοὺς τῷ τῆς Παρθένου τόκῳ, καὶ λογισμοὺς πλέκειν δῆθεν εὐλόγους, ὡς οὐκ ἐχούσης τῆς φύσεως ἐμβρύου σύστασιν ἐργάσασθαι ἄνευ καταβολῆς σπερμάτων παιδογόνον, οὐκ ἀφίησιν ἄσπορος ἐν ἀρχῇ παντοίους ἢ γῆ βλαστήσασα καρπούς. Λόγος γὰρ θεῖος ἀμφοτέραις γέγονε σπέρμα. Ἡ μὲν ἤκουσε· «Ἐξαγαγέτω ἢ γῆ βοτάνην χόρτου· σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος»· καὶ τὸ πρόσταγμα εἰς φύσιν μετέβαλε, διαφόρους εὐθὺς οὐκ ἐξ ὑποκειμένης, πλὴν τοῦ λόγου, ἄλλης αἰτίας βλαστήσασα καρπούς, οὐς ἐξήγαγε τὸ πρόσταγμα. Ἡ δέ· «Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι»· μετὰ τὸ εἰπεῖν· «Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;» Καὶ σάρκα ἀμελλητὶ τὸν Λόγον εἰργάσατο, καὶ ναὸν θεῖον ᾠκοδόμησε τὸ ῥῆμα. «Οὕτω μετὰ τριήμερον χρόνον τοῦ κήτους Ἰωνᾶς προελθὼν ἀδιάφθορος» ἐπιστομίζει βουλομένους αὐτοὺς τὴν μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνάστασιν \* λέγειν τοῦ Κυρίου ἀδύνατον, πιστούμενος τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, καὶ τοῖς ἐρεσχελεῖν ἐθέλουσι οὐ συγχωρῶν ἀναιδεύεσθαι πρὸς τὸ νεαρὸν θαῦμα τῷ παλαιῷ κωλυομένοις τῆς προφανοῦς ἀναίσχυντίας.

PG  
79, 929

\*932

1054

Cap. XIX. Ita eosdem contradicere Virginis Filio, et ratiocinationes temere specie probabiles dum gestiunt, quasi natura fetus constitutiones non possit operari sine iactu prolificorum seminum, non sinit terra in principio sine ulla semente omnigenas germinans fructus: nam Verbum divinum utrique fuit semen. Huic quidem dictum fuit: *Producat terra herbam virentem, et seminantem semen iuncta genus*;<sup>1</sup> et hoc mandatum vertit in naturam, statimque diversus fructus non ex alia ulla causa antecedente, praeterquam solo e verbo, germinavit, quos eduxit mandatum. Ista vero audivit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi*;<sup>2</sup> postquam ipsa dixerat: *Quomodo erit istud mihi; quoniam virum non cognosco?*<sup>3</sup> Et carnem citra moram Verbum effecit, atque templum divinum vox haec construxit: *Ita post triduanum tempus e ceto Jonas prodians* \* *incorruptus*<sup>4</sup> ora obstruit iisdem volentibus Domini resurrectionem post tres dies dicere impossibilem, dum re simili similem credibilem persuadet, et volentes cavillari non sinit impudenter novum miraculum eludere, dum veteri miraculo in manifestam impudentiam eos prorumpere vetat.

PG  
79, 930

\*931

<sup>1</sup> Gen. I, 11.<sup>2</sup> Lc. I, 35.<sup>3</sup> Lc. I, 34.<sup>4</sup> Ionas, II, 11.

● PG 79, 213, 229, 776, 1502.